Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

nerunt autem sub tunicis interfectorum de donariis
ydolorum que apud iamniam fuerant. Omnibus ergo
manifestum est factum. ob hanc causam eos corru
isse. et benedixerunt iustum iudicium dei. qui occul
ta fecerat manifesta. et in preces conversi rogaverunt
dominum ut delictum eorum oblivioni traderet. At vero vir for — *id est deleret.*
tissimus iudas collatione facta a suis .xii. mi
lia dragmas argenti. misit ierusalem offer
ri ea ibi pro peccatis mortuorum in sacrificium. — *vel delicto eorum.*

Hic habes quod animas
sanctorum efflagitare debe
mus quod pro nobis orent et
intercedant. et quod con
sultant iudei. qui ne
gant alicuius sanctorum
auxilium deposcendum.

Additur quoque quod .xv.
cum sceleratissimus nica
nor persequeretur iudam.
post fedus cum eo initum.
et postea fractum comperit
iudam esse in locis samari
e. et disposuit cum eo
bellum committere in die sabbati. Iudei vero
qui sequebantur nicanorem per necessitatem
dixerunt ei. ut honorem daret diei sanctifica
tionis. et deo qui universa conspicit. At ille
quesivit ab eis. Si est potens in celo
qui imperavit diem agi sabbatorum. Et di
xerunt. Est deus unus in celo potens. qui
iussit diem agi septimam. At ille ait. Et
ego potens sum super terram. qui impero vobis
sumi arma et negotia regis impleri.
Machabeus autem cum pauci essent cum eo. for
midantes impetum nicanoris et multitudi
nem. singulos eorum armavit. non clipei et haste — *illorum.*
munitione. sed sermonibus optimis et ex
hortationibus. proferens exposito eis sompnio
quod in eadem nocte viderat in hunc modum.
Viderat oniam summum sacerdotem. et quia a pue
ro in virtutibus exercitatus fuerat. manus proten
dentem orare pro populo iudeorum. Post hec et ali
um virum apparuisse etate et gloria mirabi
li circa illum. et oniam dixisse. Hic est amator
populi israel. Hic est qui multum orat pro populo
israel. et civitate sancta. Ieremias scilicet propheta dei.
et extendisse ieremiam dexteram. et dedisse
iude gladium aureum et dixisse. Accipe sanctum
gladium missum tibi a deo. quo deicies ad
versarios populi mei israel. Qua visione con
fortati. qui erant cum iuda. impetum fece
runt in hostes. et prostraverunt ex eis non minus quam
.xxx. milia. nicanore cum eis interfecto.
Et redierunt ierusalem benedicentes dominum. ca
put nicanoris et manum cum humero abs
cisam. contra templum suspendentes. Itaque
omnes communi consilio decreverunt nullomodo
diem istum absque celebritate preterire. Hic ter
minatur epistola iude ad dispersionem iudeorum.

Terminata igitur epistolari recapitulatione.
ad prosecutionem historie revertamur. de io
hanne filio symonis prosequentes.

Expliciunt historie regum. Incipiunt evan
geliorum historie ad commendationem io
hannis hyrcani. de restitutione regni
iudeorum per aristobolum.
De Iohanne. et matris sue occisione. et
duorum fratrum eius.

MORTUO
Symone qui
ultimus quinque fi
liorum mathathie
asamonei dux et
sacerdos fuerat
in iudea. succes
sit ei filius eius io
hannes hyrca
nus cognomine. a devictis hyrcanis.
quem iosephus inter ceteros commendat in religione
sacerdotii. in strenuitate ducatus. et quia
vir propheta erat. Qui insecutus est pto
lomeum. filium abobi. qui patrem eius — *or. scilicet ptolomeus.* — *scilicet iohannis.*
dolo interfecerat. matremque eius cum duobus par
vulis tenebat in vinculis. et confugerat
ad oppidum ultra iericonta. quod agon voca
batur. Obsesso quidem oppido. cum iohannes
acrius insistebat. ptolomeus matrem io — *insultabat.*
hannis et fratres super muros usque ad sanguinis
effusionem cedebat. fractusque pietate iohannes.
ab inpugnatione se temperabat. matre tamen
clamante. ne propter se sineret scelus ptolomei
inultum. mortem enim suam sic iudicaret in
mortalitate meliorem. Ubi diutius tracta
obsidione. septimus advenit annus feriatus
iudeis. recessitque ab obsidione iohanes.
Ptolomeus vero matre ipsius iohannis et fratribus
occisis. confugit ad zenonem philadelphie
tyrannum. qui cotila cognominabatur. — *id est dominum.*

De institutione xenodochiorum.

Post hec antiochus pontichus rex sirie
obsedit ierusalem. Quam ob rem aperuit
hyrcanus duos de octo loculis constantibus
sepulchrum david. et sustulit ex eis plus
quam tria milia talentorum. deditque ccc. ta
lenta antiocho. ut ab obsidione rece
deret. et ut placaret murmur populi
de sepulchri apertione. de reliqua pecunia
primus instituit xenodochia pauperum in ie
rusalem. Samariam captam solo equavit. quam
post herodes instaurans sebasten dixit. — *or. ascalonita.*
Mortuus est autem iohannes .xxx. tribus